morte cōclusit. Et percussit omne primogenitum in terra egypti primitias oīs laboris eorū in tabernaculis cham. Et abstulit sicut oues populū suū: et perduxit eos tanq̄ gregē in deserto Et deduxit eos in spe et nō timuerūt: et inimicos eorū operuit mare. Et induxit eos in montem sanctificationis sue: montē quez acquisiuit dextera eius. Et eiecit a facie eorū gentes ꝛ sorte diuisit eis terrā in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorū: tribus israel. Et tentauerunt et exacerbauerūt deū in excelsuz: et testimonia eius nō custodierunt. Et auerterūt se et nō seruauerūt pactū: quemadmodū patres eoꝝ conuersi sunt in arcū prauuz. In ira concitauerūt eum in collibus suis: et in sculptilib⁹ suis ad emulationē eū prouocauerūt. Audiuit deus et spreuit et ad nihilum redegit valde israel. Et repulit tabernaculum sylo: tabernaculuz suū vbi habitauit in hominibus.

Et tradidit in captiuitatē virtutem eorū: et pulchritudinē eorū in manus inimici. Et conclusit in gladio populū suum: et hereditatem suā spreuit. Iuuenes eorum comedit ignis: et virgines eorum non sunt lamentate. Sacerdotes eorū in gladio ceciderūt: et vidue eorum non plorabantur. Et excitatus est tanq̄ dormiens dominꝰ tanq̄ potens crapulatus a vino. Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobriū sempiternum dedit illis. Et repulit tabernaculū ioseph: et tribū effrem non elegit. Sed elegit tribū iuda: montem syon quem dilexit. Et edificauit sicut vnicornū sanctificium suum in terra: quam fundauit in secula. Et elegit dauid seruū suum et sustulit eum de gregibus ouium: de post fetantes accepit eum. Pascere iacob seruum suū: et israel hereditatem suā. Et pauit eos in innocentia cordis sui: et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Deus venerũt gentes in hereditatem tuam polluerunt templũ sanctũ tuũ: posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt mortalia seruorum tuorũ escas volatilibus celi: carnes sanctorũ tuorũ bestijs terre. Effuderunt sanguinẽ eorũ tanq̃ aquã in circuitu hierusalem: et nõ erat qui sepeliret. Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio et illusio his qui in circuitu nostro sunt. Usq̃quo dñe irascēris in finẽ: accẽdet velut ignis zelus tuus. Effunde iram tuã super gentes que te non nouerunt: et in regna que nomen tuũ nõ inuocauerunt. Quia comederũt iacob: et locũ eius desolauerũt. Ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum: cito anticipent nos mie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriã nois tui domine libera nos et propitius esto peccatis nostris propter nomẽ tuũ. Ne forte dicãt in gen-

tibus: vbi est deus eorum et innotescat in nationibus coram oculis nostris Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum. Secundum magnitudinem brachij tui: posside filios mortificatorum. Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum improperium ipsorum quod exprobrauerunt tibi domine. Nos autem populus tuus et oues pascue tue confitebimur tibi in seculum. In generatione et generationem: annunciabimus laudem tuam. ps. lxxix.

Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph Qui sedes super cherubin: manifestare coram effraim et beniamin et manasse. Excita potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos. Deus conuerte nos: et ostende faciem tuam et salui erimus. Domine deus virtutum: quousque irasceris super orationem serui tui. Cibabis nos pane lachrymarum et potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Posuisti nos in con-

tradictionē vicinis nostris: r inimici nostri subsannauerunt nos. Deus virtutuz conuerte nos: et ostēde faciē tuā r salui erim9 Vineā de egypto trāstuliſti: eiecisti gentes et plantasti eam. Dux itineris fuisti in cōspectu ei9 et plātasti radices eius: et impleuit terrā. Operuit montes vmbra eius et arbusta eius cedros dei. Extendit palmites suos vsq; ad mare: et vsq; ad flumen propagines eius. Ut quid destruxisti macerią eius: r vindemiant eā omnes qui preter grediūtur viā. Exterminauit eam aper de silua: et singularis ferus depastus est eam. Deus virtutū conuertere: respice de celo et vide et visita vineam istam. Et perfice eam quam plantauit dextera tua: et super filium hominis quem confirmasti tibi. Incensa igni et suffossa: ab increpatione vultus tui peribūt. Fiat manus tua super virū dextere tue et super filiū hois quē cōfirmesti tibi. Et nō discedimus a te viui-

ficabis nos: et nomen tuum inuocabimus. Domine deus virtutū conuerte nos: et ostende faciem tuam et salui erimus.

Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Sumite psalmū et date tympanū: psalterium iocundū cū cythara. Buccinate in neomenia tuba in insigni die solennitatis vestre. Quia preceptū in israel est: et iudicium deo iacob. Testimoniū in ioseph posuit illud cum exiret de terra egypti: linguam quam non nouerat audiuit. Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierūt. In tribulatione inuocasti me et liberaui te et exaudiui te in abscondito tempestatis: probaui te apud aquā contradictionis. Audi populus meus et cōtestabor te israel si audieris me nō erit in te deus recēs: neq; adorabis deū alienū. Ego enī sū dñs deus tuus q̄ eduxi te de terra egypti: dilata os tuū et implebo illud

Et nō audiuit populus meus vō
cē meā: et israel nō intendit mihi,
Et dimisit eos secundum desideria cordis eorū: ibūt in adiuuētio
nibus suis. Si populus meus audisset me: israel si in vijs meis ambulasset. Pro nihilo forsitan inimicos eorū humiliassem: et super tribulantes eos misissem manum meā. Inimici dñi mentiti sunt ei et erit tēpus eorū in scla. Et ciba uit eos ex adipe frumēti: z de petra melle saturauit eos. ps. lxxxi

Deus stetit in synagoga deorū: in medio aūt deos diiudicat. Usq; quo iudicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis. Iudicate egeno et pupillo: humilem et pauperem iustificate
Eripite pauperem z egenum de manu peccatoris liberate. Nescierunt neq; intellexerūt: in tenebris ambulāt mouebūtur oia fundamēta terre. Ego diri dij estis: et filij excelsi oēs. Vos aūt sicut homines morieminī: z sicut vnus de principibus cadetis. Surge de9

iudica terrā: qm̄ tu hereditabis
in omnibus gentibus. ps. lxxxii.
Deus quis similis erit tibi:
ne taceas neq; compesca-
ris deus. Quoniam ecce inimici
tui sonuerunt: et qui oderūt te ex
tulerūt caput. Super populū tuū
malignauerūt consiliū: et cogita
uerūt aduersus sctōs tuos Dixe
runt venite et disperdamus eos
de gente: ⁊ nō memoretur nomen
israel vltra Quoniā cogitauerūt
vnanimiter simul aduersum te te-
stamentū: disposuerūt tabernacu
la idumeoruz et ismaelite. Moab
et agareni gebal et amon et ama-
lech alienigene cum habitātibus
tyrum. Etenim assur venit cum il
lis facti sunt in adiutorium filijs
loth. Fac illis sicut madian ⁊ si-
sare: sicut iabin in torrente cyson
Disperierunt in endor: facti sunt
vt stercus terre. Pone principes
eorum sicut oreb et zeb et sebee et
salmana. Omnes principes eorū
qui dixerūt: hereditate possidea-
mus sanctuarium dei. Deus me

us pone illos vt rotam et sicut sti
pulā ante faciē venti. Sicut ignis
qui cōburit siluā: et sicut flamma
cōburens montes. Ita persequ
ris illos in tempestate tua: et in
ira tua turbabis eos. Imple faci
es eorum ignominia: et querent
nomen tuū dñe. Erubescāt et con
turbentur in seculū seculi: et con-
fundantur et pereant. Et cogno-
scant qa nomen tibi dñs: tu solus
altissim⁹ in omni terra.

Quā dilecta tabernacula tua
domine virtutū: concupiscit
et deficit anima mea in atria do-
mini. Cor meum et caro mea ex-
ultauerunt in deum viuum. Et e-
nim passer inuenit sibi domum et
turtur nidum vbi reponat pullos
suos. Altaria tua domine virtu-
tum rex meus et deus me⁹. Bea
ti qui habitāt in domo tua dñe: in
secula seculorū laudabūt te. Bea
tus vir cuius est auxilium abs te
ascēsiones in corde suo disposuit
in valle lachrimarum: in loco quē
posuit. Etenim benedictionē da-

bit legislator ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in syon. Domine deus virtutum exaudi orationem meam auribus percipe deus iacob. Protector noster aspice deus: et respice in faciem christi tui. Quia melior est dies vna in atriis tuis: super milia. Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorum. Quoniā misericordiam et veritatem diligit deus: gratiam et glorią dabit dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia domine virtutū: beatus homo qui sperat in te. Psalmus. lxxxiij.

Benedixisti domine terrā tuam auertisti captiuitatem iacob. Remisisti iniquitatē plebis tue: operuisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuā auertisti ab ira indignatiōis tue. Conuerte nos deus salutaris noster: et auerte iram tuam a nobis. Nunquid in eternū irascēris nobis aut extendes iram tuā a gene

ratione in generationē. Deus tu cōuersꝰ viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. Ostēde nobis dñe miam tuam et salutare tuum da nobis. Audiā quid loquatur in me dñs deus: quoniā loquetur pacē in plebē suā. Et super sctōs suos: et in eos qui cōuertūtur ad cor. Veruntamē prope timentes eū salutare ipsiꝰ: vt inhabitet gloria in terra nostra. Mia z veritas tua obuiauerūt sibi iustitia z pax osculate sunt Veritas de terra orta est et iustitia de celo prosperit. Et enim dñs dabit benignitatē: et terra nra dabit fructuz suū. Iustitia ante eū ambulabit et ponet in via gressus suos. .ps. lxxv.

Inclina dñe aurem tuā et exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego. Custodi aiam meā quoniā sctūs sum: saluuz fac seruū tuū deus meus sperantē in te. Miserere mei dñe quoniā ad te clamaui tota die letifica aiam serui tui: quoniā ad te dñe aiam meā leuaui. Quoniā tu domine suauis

et mitis et multe mīe dībus inuo-
cātibus te. Auribus percipe dñe
orationē meā: et intende voci de-
precationis mee. In die tribula-
tionis mee clamaui ad te: quia ex
audisti me. Non est similis tui in
dijs dñe: et nō secundū opera tua
Omēs gētes quascūq; fecisti ve
nient et adorabunt coram te dñe:
et glorificabūt nomen tuū. Quo
niā magnus es tu et faciēs mira-
bilia: tu es deꝰ solus. Deduc me
dñe in via tua et ingrediar in ve-
ritate tua: letetur cor meum vt ti-
meat nomen tuū. Confitebor ti-
bi domīe deꝰ meus in toto corde
meo: et glorificabo nomen tuū in
eternū. Quia mīa tua magna est
super me ⁊ eruisti aīam meā ex in
ferno inferiori. Deus iniqui in-
surrexerūt super me: et synagoga
potentiū quesierunt aīam meā: et
nō proposuerūt te in cōspectu suo
Et tu dñe deus meus miserator
et misericors: patiens ⁊ multe mi
sericordie ⁊ verax. Respice in me
et miserere mei: da imperiū tuum

ratione in generationē. Deus tu cōuersꝰ viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. Ostēde nobis dñe miam tuam et salutare tuum da nobis. Audiā quid loquatur in me dñs deus: quoniā loquetur pacē in plebē suā. Et super sctōs suos: et in eos qui cōuertūtur ad cor. Veruntamē prope timentes eū salutare ipsiꝰ: vt inhabitet gloria in terra nostra. Dia z veritas tua obuiauerūt sibi iustitia z pax osculate sunt. Veritas de terra orta est et iustitia de celo prosperit. Et enim dñs dabit benignitatē: et terra nra dabit fructuz suū. Iustitia ante eū ambulabit: et ponet in via gressus suos. .ps. lxxxv.

Inclina dñe aurem tuā et exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego. Custodi aiam meā quoniā sctūs sum: saluum fac seruū tuū deus meus sperantē in te. Miserere mei dñe quoniā ad te clamaui tota die letifica aiam serui tui: quoniā ad te dñe aiam meā leuaui. Quoniā tu domine suauis

et mitis et multe mĩe dĩbus inuocãtibus te. Auribus percipe dñe orationẽ meã: et intende voci deprecationis mee. In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me. Non est similis tui in dijs dñe: et nõ secundũ opera tua Omnes gẽtes quascũq; fecisti venient et adorabunt coram te dñe: et glorificabũt nomen tuũ. Quoniã magnus es tu et faciẽs mirabilia: tu es deꝰ solus. Deduc me dñe in via tua et ingrediar in veritate tua: letetur cor meum vt timeat nomen tuũ. Confitebor tibi dñe deꝰ meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuũ in eternũ. Quia mia tua magna est super me ⁊ eruisti aiam meã ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerũt super me: et synagoga potentiũ quesierunt aiam meã: et nõ proposuerũt te in cõspectu suo Tu dñe deus meus miserator et misericors: patiens ⁊ multe misericordie ⁊ verax. Respice in me et miserere mei: da imperiũ tuum

puero tuo et salui fac filium ancille tue. Fac mecum signū in bonū vt videant qui oderunt me: et confundātur quoniā tu dñe adiuuisti me et cōsolatus es me. ps. lxxxvi.

Fundamēta eius in montibus sctis diligit dñs portas syon super omnia tabernacula iacob. Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei. Memor ero raab et babylonis: sciētium me. Ecce alienigene et tyrus et populus ethiopum hi fuerūt illic. Nunquid syon dicet homo et homo natus est in ea et ipse fūdauit eā altissim⁹. Dñs narrabit in scripturis populorum et principum: horum qui fuerunt in ea. Sicut letantium omniū habitatio est in te. ps. lxxxvii.

Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te. Intret in cōspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuā ad precem meā. Quia repleta est malis anima mea: et vita mea inferno appropinquabit. Estimatus sum cum descendentibus in lacum: factus

sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris quorū nō es memor amplius et ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis et in umbra mortis. Super me confirmatus est furor tuus: et omnes fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum et non egrediebar oculi mei languerunt pre inopia. Clamaui ad te domine tota die expandi ad te manus meas. Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt et cōfitebūtur tibi. Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiā tuā: et veritatē tuā in perditione. Nunquid cognoscētur in tenebris mirabilia tua: et iustitia tua in terra oblīuionis. Et ego ad te dñe clamaui: et mane oratio mea preueniet te. Ut quid dñe repellis orationē meā: auertis faciē tuam a me. Pauper sum ego et in

laboribus a iuuentute mea: exaltatus aũt humiliatus sum ⁊ cõturbatus. In me transierunt ire tue et terrores tui cõturbauerũt me. Circundederũt me sicut aqua tota die: circũdederũt me simul. Elõgasti a me amicũ ⁊ proximũ: et notos meos a miseria. ps. xxxviii.

Misericordias dñi in eternũ cantabo. In generatione ⁊ generationẽ annũciabo veritatẽ tuã in ore meo. Quoniã dixisti in eternũ mia edificabitur in celis: preparabitur veritas tua in eis. Disposui testamentũ electis meis: iuraui dauid seruo meo vsq; in eternũ preparabo semen tuũ. Et edificabo in gñatiõe et gñationẽ sedẽ tuã. Confitebũtur celi mirabilia tua dñe: etenim veritatẽ tuã in ecclesia sctõrũ. Quoniã quis in nubib9 equabitur dño: similis erit deo in filijs dei. Deus q̃ glorificatur in consilio sctõrum: magnus et terribilis super oẽs q̃ in circuitu eius sunt. Dñe deus virtutũ q̃s similis tibi: potẽs es dñe

et veritas tua in circuitu tuo ¶ tu
dñaris potestati maris: motū aūt
fluctuū eius tu mitigas. ¶ tu hu-
miliasti sicut vulneratū superbum
in brachio virtutis tue dispersisti
inimicos tuos. ¶ tui sunt celi et
tua est terra: orbē terre et plenitu
dinē eius tu fundasti: aquilonē et
marc tu creasti. ¶ habor et her-
mon in nomine tuo exultabūt: tuū
brachiū cuz potentia. ¶ firmetur
manꝰ tua et exaltetur dextera tua
iustitia et iudicium preparatio se
dis tue. ¶ misericordia et veritas
precedēt faciē tuā: beatus popu-
lus qui scit iubilationem ¶ ñe in
lumine vultus tui ambulabunt et
in noīe tuo exultabunt tota die: ⁊
in iustitia tua exaltabūtur. ¶ quo
niā gloria virtutis eorum tu es: et
in bñplacito tuo exaltabitur cor-
nu nrm. ¶ quia dñi est assumptio
nostra: et sācti israel regis nostri
¶ tunc locutus es in visione sctis
tuis: et dixisti posui adiutoriū in
potente et exaltaui electū de ple-
be mea. ¶ inuent dauid seruū meū

oleo sancto meo vnxi eū. Manus enim mea auxiliabitur ei: et brachiū meum cōfortabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidā a facie ipsius inimicos eius: et odientes eum in fugam conuertā. Et veritas mea et misericordia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabit cornu eius Et ponā in mari manū eius: et in fluminibus dexteram ei9. Ipse invocauit me pater meus es tu de9 me9 et susceptor salutis mee. Et ego primogenitū ponā illū: excelsum pre regib9 terre. In eternū seruabo illi misericordiā meā: et testamentū meum fidele ipsi. Et ponā in seculum seculi semen ei9 et thronū eius sicut dies celi. Si autem dereliquerint filij eius legem meā: et in iudicijs meis non ambulauerint Si iustitias meas prophanauerint: et mandata mea non custodierint. Visitabo in virga iniq̄tates eorum: et in verberibus peccata eorū. Misericordiā

autem mea non dispergam ab eo
neq; nocebo in veritate mea. De
q; prophanabo testamentū meū:
et que procedunt de labijs meis
non faciam irrita. Semel iurauj
in sancto meo si dauid mentiar: se
men eius in eternū manebit. Et
thronus eius sicut sol in conspe-
ctu meo: et sicut luna perfecta in-
eternum: et testis in celo fidelis.
Tu vero repulisti et despexisti:
distulisti xp̄m tuum. Auertisti te
stamentum serui tui: prophanasti
in terra sanctuariū eius. Destru
xisti oēs sepes ei9: posuisti firma
mentū eius formidinē. Diripue
runt eum oēs transeūtes viā: fa-
ctus est opprobriū vicinis suis.
Exaltasti dexterā deprimētium
eum: letificasti oēs inimicos ei9.
Auertisti adiutoriū gladij eius
et non est auxiliatus ei in bello.
Destruxisti eum ab emundatio-
ne: et sedē eius in terra collisisti.
Minorasti dies temporis eius:
pfudisti eū confusione. Usq; quo
dñe auertis in finē: exardescet

sicut ignis ira tua. Memorare q̃
mea substãtia: nunqd eni vane cõ
stituisti oẽs filios hoim. Quis est
homo q̃ viuet ⁊ nõ videbit mortẽ:
eruet aiam suã de manu inferi.
Ubi sunt misericordie tue antiq̃
dñe: sicut iurasti dauid in verita-
te tua. Memor esto dñe opprobrij
seruorũ tuorũ q̃ cõtinui in sinu
meo multaꝝ gẽtiũ. Quod expro
brauerũt inimici tui dñe quod ex
probrauerũt commutationẽ chri
sti tui. Benedictus dñs in eter-
num: fiat fiat. Psalmus. lxxxix.

Domine refugiũ factꝰ es no
bis: a generatione in gene-
rationem. Priusq̃ mõtes fierent
aut formaret terra ⁊ orbis: a secu
lo et in seculũ tu es deꝰ. Re auer
tas hoiem in humilitatẽ: ⁊ dixisti
cõuertimini filij hoim. Quoñ mille
anni ante oculos tuos tanq̃ dies
hesterna que preterijt. Et custo-
dia in nocte que pro nihilo habẽ
tur eorum anni erũt. Mane sicut
herba trãseat mane floreat ⁊ tran
seat vespere decidat indureꝝ are

scat. Quia defecim⁹ in ira tua: et in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo seculū nostrū in illuminatione vultus tui. Quonia oēs dies nostri defecerūt: et in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabūtur: dies annorum nostrorū in ipsis septuaginta anni. Si autē in potentatibus octoginta anni: et amplius eorū labor et dolor. Quonia superuenit mā suetudo: et corripiemur. Quis nouit potestatem ire tue: et pre timore tuo iram tuam dinumerare Dexterā tuam sic notā fac: et eruditos corde in sapiētia. Conuertere dñe vsq; quo: et deprecabilis esto super seruos tuos. Repleti sumus mane misericordia tua: et exultauimus et delectati sum⁹ in omnibus diebus nostris. Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis q̄bus vidimus mala. Respice in seruos tuos et in opera tua: et dirige filios eorū Et sit splendor dñi dei nr̄i super

nos: et opera manuũ nostrarũ di
rige super nos: et opus manuum
nostrarũ dirige. Psalmus. xc.
Qui habitat in adiutorio al-
tissimi: in protectiõe dei celi
commorabitur. Dicet dño susce
ptor meus es tu: ⁊ refugiũ meum
deus meꝰ: sperabo in eum. Quo
niam ipse liberauit me de laqueo
venantiũ: et a verbo aspero. Sca
pulis suis obumbrabit tibi: ⁊ sub
pennis eius sperabis. Scuto cir
cundabit te veritas eius: nõ time
bis a timore nocturno. A sagit-
ta volante in die: a negotio per-
ambulante in tenebris: ab incur-
su et demonio meridiano. Ca-
dent a latere tuo mille et decẽ mi
lia a dextris tuis: ad te autem nõ
appropinquabit. Verũtamẽ ocu
lis tuis considerabis: et retribu-
tionẽ pctõrũ videbis. Qm̃ tu es
dñe spes mea: altissimuꝫ posuisti
refugiũ tuũ Nõ accedet ad te ma
lũ: et flagellũ nõ appropinquabit
tabernaculo tuo. Qm̃ angelis su
is mãdauit de te: vt custodiãt te

in oibus viis tuis. In manibus portabūt te: ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. Sup aspidē et basiliscū ambulabis ⁊ cōculcabis leonē et draconē. Quōm in me speraut liberabo eū: ꝓtegā eū quoniā cognouit nomē meū. Clamauit ad me et ego exaudiā eū: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum et glorificabo eum. Longitudinē dierū replebo eū: et ostendam illi salutare meum. ps. xci.

Bonū est cōfiteri dño: et psallere noi tuo altissime. Ad annūciandū mane miam tuā: ⁊ veritatē tuā per noctez. In decacordo psalterio cū cātico in cythara Quia delectasti me dñe in factura tua: in operibus manuū tuarū exultabo. Quā magnificata sunt opa tua dñe: nimis profūde facte sūt cogitatiōes tue. Vir insipiēs nō cognoscet: et stultꝰ nō intelliget hec. Cū exorti fuerint petōres sicut fenū: ⁊ apparuerint oēs q̄ operātur iniq̄tatē. Ut intereāt in seculū seculi: tu aūt altissimus

in eternū dñe. Quoniā ecce inimici tui dñe: quoniā ecce inimici tui peribūt: et dispergent omnes qui operātur iniqtatē. Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meū: et senectꝰ mea in misericordia vberi. Et despexit oculus meus inimicos meos: et insurgētibus in me malignantibus audiet auris mea. Iustus vt palma florebit et sicut cedrus libani multiplicabit Plantati in domo dñi: in atriis domus dei nr̄i florebūt. Adhuc multiplicabūtur in senecta vberi et bene patiētes erūt vt annūciēt Quoniā rectus dñs deꝰ noster: et nō est iniquitas in eo. ps.xcij.

Dominus regnauit decorē indutus est: indutꝰ est dñs fortitudinē et precinxit se. Etteni firmauit orbē terre: qui nō cōmouebitur Parata sedes tua deꝰ ex tunc: a seculo tu es. Eleuauerūt flumina dñe: eleuauerūt flumina vocē suā. Eleuauerūt flumina fluctus suos a vocibus aquarū multarum. Mirabiles elationes ma-

ris mirabilis in altis dñs Testi
monia tua credibilia facta sūt ni-
mis domū tuā decet sctitudo dñe
in longitudinē dierū. ps. xciij.
Deus vltionū dñs: deꝰ vltio
nū libere egit. Exaltare q̄
iudicas terrā: redde retributio-
nem superbis. Usq; quo pctōres
dñe: usq; quo pctōres gloriabunt
Effabūtur et loquētur iniqtatē:
loquētur oēs qui operātur inu-
stitiā. Populū tuū dñe humilia-
uerūt: et hereditatē tuā vexauerūt
Uiduā et aduenā interfecerunt:
et pupillos occiderunt. Et dixe-
rūt nō videbit dñs: nec intelliget
deus iacob. Intelligite insipien
tes in populo: et stulti aliquando
sapite. Qui plantauit aurē nō au
diet: aut q̄ finxit oculū nō conside
rat. Qui corripit gentes non ar-
guet: qui docet hominē scientiaz
Dñs scit cogitationes hominū:
quoniā vane sunt Beatus homo
quē tu erudieris dñe: et de lege
tua docueris eum. Ut mitiges ei
a diebus malis: donec fodiatur

peccatori fouea. Quia nõ repel-
let dñs plebẽ suã: et hereditatem
suã nõ derelinquet. Quoadusq;
iustitia cõuertatur in iudiciũ: et
qui iuxta illaz oẽs qui recto sunt
corde. Quis consurget mihi ad
uersus malignãtes: aut q̃s stabit
mecũ aduersus operãtes iniq̃ta-
tem. Nisi q̃a dñs adiuuit me pau
lominus habitasset in inferno aĩa
mea. Si dicebã motꝰ est pes meꝰ
mĩa tua dñe adiuuabat me. Secũ
dũ multitudinẽ dolorũ meorũ in
corde meo: cõsolationes tue letifi
cauerũt aĩam meã. Nunq̃d adhe
ret tibi sedes iniq̃tatis: q̃ fingis
laborẽ in p̃cepto. Captabunt in
aĩam iusti ⁊ sanguinẽ innocẽtẽ cõ
dẽnabũt Et factꝰ est mihi dñs in
refugiũ: ⁊ deus meꝰ in adiutoriũ
spei mee Et reddet illis iniq̃tatẽ
ipsoꝝ: ⁊ ĩ malitia eoꝝ dispdet eos
dispdet illos dñs deꝰ nr̃. d. xciiij.
Venite exultemꝰ dño: iubile
mus deo salutari nr̃o. Pre-
occupemus faciẽ eius in cõfessio
ne ⁊ in psalmis iubilemꝰ ei. Quo

nia deus magnus dñs et rex magnus sup omnes deos. Quia in manu eius sunt oēs fines terre: t altitudines montum ipsius sunt Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud: et siccā manus eius formauerūt. Venite adorem⁹ et procidamus et ploremus ante deum qui fecit nos: qa ipe est dñs deus noster. Et nos ppl's pascue eius et oues manus eius. Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra. Sicut in irritatione secundū diē tentationis in deserto: vbi tētauerūt me patres vestri probauerūt et viderūt opera mea. Quadraginta annis offēsus fui generationi illi t dixi semper hi errant corde. Et isti non cognouerunt vias meas vt iurauī in ira mea: si introibunt in requiem meam. Psalmus. xcv.

Cantate dño canticū nouum cantate domio omnis terra. Cantate dño et benedicite nomini eius: annunciate de die in diē salutare eius. Annunciate inter

gentes gloriã eius: in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dñs et laudabilis nimis: terribilis est sup omnes deos. Quoniã omnes dij gentium demonia: dñs autem celos fecit. Confessio et pulchritudo in conspectu eius sanctimonia z magnificentia in sctificatione eius. Afferte dño patrie gentiũ afferte domino gloriã et honorẽ: afferte domino gloriã nomini eius. Tollite hostias z introite in atria ei9: adorate dominuz in atrio sancto eius. Cõmoueatur a facie eius vniuersa terra dicite in gentibus qa dñs regnauit. Etenim correxit orbẽ terre q nõ cõmouebitur: iudicabit populos in equitate. Letentur celi et exultet terra: cõmoueatur mare z plenitudo ei9 gaudebũt campi et omnia que in eis sunt. Tunc exultabunt oia ligna siluarũ a facie dñi quia venit quoniam venit iudicare terrã. Iudicabit orbẽ terre in equitate: z populos in veritate sua. ps. xcvj.

Dominꝰ regnauit exultet terra: letentꝰ insule multe. Nubes et caligo in circuitu eius: iustitia et iudicium correctio sedis eius Ignis ante ipsum precedet et inflammabit in circuitu inimicos eius. Illuxerūt fulgura eiꝰ orbi terre: vidit et cōmota est terra. Montes sicut cera fluxerūt a facie dñi: a facie dñi omnis terra Annūciauerūt celi iustitiā eius: et viderunt omnes populi gloriā eius. Confundātur oēs qui adorant sculptilia: et qui gloriātur in simulachris suis. Adorate eum omnes angeli eius: audiuit et letata est syon Et exultauerūt filie iude: propter iudicia tua domine Quoniā tu dñs altissimus super oēm terrā: nimis exaltatus es super oēs deos Qui diligitis dñm odite malū: custodit dñs animas sctōrū suorū: de manu pctōris liberabit eos. Lux orta est iusto et rectis corde letitia Letamini iusti in dño: et cōfitemini memorie sanctificationis eius. ps. xcvii.

Cantate dño canticū nouum qa mirabilia fecit Saluauit sibi dextera eius: et brachiū sanctū eius. Notuz fecit dñs salutare suū: in conspectu gentū reuelauit iustitiā suā Recordat9 est misericordie sue et ỹitatis sue domui israel. Uiderunt oēs termini terre salutare dei nostri Iubilate deo omnis terra: cātate et exultate et psallite. Psallite dño in cythara: in cythara z voce psalmi: in tubis ductilibus et voce tube cornee Iubilate in conspectu regis domini moueatur mare et plenitudo eius: orbis terrarū et qui habitāt in eo. Flumina plaudent manu simul montes exultabunt a conspectu domini quoniā venit iudicare terrā. Iudicabit orbem terrarum in iustitia: et populos in equitate. ps. xcvii.

Dominus regnauit trascant populi: qui sedes super cherubin moueatur terra. Dominꝰ in syon magnꝰ et excelsus: super

dēs populos. Confiteant nomi=
ni tuo magno quoniā terribile et
sanctū est et honor regis iudiciū
diligit. Tu parasti directiões iu
diciū et iustitiā in iacob tu fecisti
Exaltate dñm deum nostrum: et
adorate scabellū pedū eius quo=
niā sanctū est. Moyses et aaron
in sacerdotib9 eius: et samuel in=
ter eos q̄ inuocāt nomē eius. In
uocabant dñm ꝛ ipse exaudiebat
eos: in colūna nubis loquebatur
ad eos. Custodiebāt testimonia
eius: et precept̄ quod dedit il
lis. Domine deus noster tu exau=
diebas eos: de9 tu propitius fui
sti eis et vlciscens in omnes adin
uentiones eorum. Exaltate dñm
deum nostrum: ꝛ adorate in mon
te sancto eius quoniā sanctus do
minus deus noster.

Ps. xcix.

Iubilate deo oīs terra: ser
uite dño in letitia. Introite
in cōspectu ei9 in exultatiōe. Sci
tote quoniā dñs ipse est deus ipe
fecit nos ꝛ nō ipsi nos. Populus
eius ꝛ oues pascue eius: introite

portas eius in confessione: atrta eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomẽ eius quoniã suauis est dñs in eternum misericordia eius: & vsq; in generatione et generationẽ veritas eius. ps. c.

Misericordiã et iudiciũ cãtabo tibi dñe. Psallã et intelligam in via immaculata: quãdo venies ad me. Perambulabã in innocentia cordis mei: in medio domus mee. Non proponebã ante oculos meos rem iniustam: facientes preuaricationes odiui. Non adhesit mihi cor prauũ: declinantem a me malignũ non cognoscebam. Detrahentẽ secreto proximo suo: hunc persequebar. Superbo oculo et insatiabili corde: cum hoc nõ edebã. Oculi mei ad fideles terre vt sedeant mecũ: ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Nõ habitabit in medio domus mee qui facit superbiam: qui loquitur iniqua nõ direxit in cõspectu oculorũ meorum. In matutino interficiebam

omnes peccatores terre: vt disper
derem de ciuitate dñi omnes ope
rantes iniquitatē. ij. salmus. ci.
Domine exaudi orationem
meā: et clamor meus ad te
veniat. Non auertas faciē tuā a
me: in quacūq; die tribulor incli-
na ad me aurē tuam In quacūq;
die inuocauero te: velociter exau
di me. Quia defecerunt sicut fu-
mus dies mei ⁊ ossa mea sicut cre
mium aruerunt. Percussus sum
vt fenū et aruit cor meū: quia ob-
litus sum comedere panē meum.
A voce gemitus mei adhesit os
meum carni mee. Similis factus
sum pellicano solitudinis: et fa-
ctus sum sicut nicticorax in domi
cilio. Vigilaui et fact⁹ sum sicut
passer solitarius in tecto. Tota
die exprobrabant mihi inimici
mei ⁊ q̄ laudabāt me aduersū me
iurabant. Quia cinerem tanq̄
panem manducabam: et potum
meum cum fletu miscebam. A fa
cie ire indignatiōis tue: quia ele-
uans allisisti me. Dies mei sicut

vmbra declinauerunt: ⁊ ego sicut
fenum arui. Tu autem domie in
eternum permanes: et memoriale
tuum in generatione et generatio
nem. Tu exurgens domine mise
reberis syon: quia tēpus miseren
di eius quia venit tempus. Quo
niā placuerūt seruis tuis lapides
eius: et terre eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomē tuum
dñe: ⁊ oēs reges terre gloriā tuā
Quia edificauit dñs syon: ⁊ vide
bitur in gloria sua. Respexit in
orationem humiliū: et nō spreuit
precē eorū. Scribantur hec in ge
neratione altera: et populus qui
creabitur laudabit dñm. Quia
prospexit de excelso sctō suo: dñs
de celo in terram aspexit. Ut au-
diret gemitus compeditorum: vt
solueret filios interemptorū. Ut
annuncient in syon nomē domini
et laudem eius in hierusalez. In
cōueniendo populos in vnum: et
reges vt seruiāt domino Respon
dit ei in via virtutis sue paucitatē
dierum meorum nūcia mihi. Ne

reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione et generationem anni tui. Initio tu dñe terrā fundasti et opera manuum tuarū sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanes: et om̄es sicut vestimētum. veterascent. Et sicut operto rium mutabis eos et mutabūtur: tu autem idē ip̄e es et anni tui nō deficient. Filij seruorum tuorum habitabunt et semen eorum in seculum dirigetur. Psalmus.cij.

Benedic anima mea domino et om̄ia que intra me sunt nominisctō eius Bñdic anima mea dño: et noli obliuisci omnes tribulationes eius. Qui propitiatur oibus iniquitatibus tuis: qui sanat oēs infirmitates tuas. Qui redemit de interitu vitam tuam: qui coronat te in mia et miseratio nibus. Qui replet in bonis desiderium tuū: renouabitur vt aquile iuuentus tua. Faciens mias dñs ꝛ iudiciū oibus iniuriā patientibus. Notas fecit vias suas moysi filijs israel volūtates suas

Miserator et miserecors dñs: longanimis et multū misericors. Nō in perpetuū irascetur: neq; in eternū cōminabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis: neq; secundū iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniā secūdū altitudinē celi a terra: corroborauit miam suā super timētes se. Quā tū distat ortus ab occidēte: longe fecit a nobis iniquitates nostras Quomodo miseretur pater filiorū: misertus est dñs timētibus se quoniā ipse cognouit figmentum nostrū. Recordatus est quoniam puluis sumus homo sicut fenū dies eius tāq; flos agri sic efflorebit Quoniā spūs pertransibit in illo et nō subsistet: et nō cognoscet amplius locū suū. Misericordia aūt dñi ab eterno et vsq; in eternū: super timentes eum. Et iustitia illius in filios filiorū: his qui seruāt testamentum eius. Et memores sunt mandatorū ipsius: ad faciendū ea. Dñs in celo parauit sedez suā: et regnū ipsius oibus dñabit

Benedicite dño oēs angeli eius potentes virtute: facientes verbū illius ad audiendā vocē sermonū eius. Benedicite dño omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatem eius. Benedicite domino omnia opera eius in omni loco dominationis eius: benedic anima mea domino. ps. ciij.

Benedic aia mea dño: dñe deus meus magnificat⁹ es vehementer. Confessionem et decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento. Extendens celum sicut pellē: qui tegis aqs superiora eius. Qui ponis nubē ascensum tuū: qui ambulas super pēnas vētorum. Qui facis angelos tuos spūs: et ministros tuos ignē vrentem. Qui fundasti terram super stabilitatē suā: nō inclinabitur in seculū seculi. Abyssus sicut vestimentū amictus eius: super montes stabūt aque. Ab increpatiōe tua fugiēt: a voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes et descendunt campi: in locum quē

fundasti eis. Terminum posuisti
quē nō transgredientur: neq; cō-
uertentur operire terram. Qui
emittis fontes in cōuallib9 inter
mediū montiū pertransibūt aque
Potabunt oēs bestie agri: expe-
ctabunt onagri in siti sua. Super
ea volucres celi habitabūt: de me
dio petrarum dabunt voces. Ri-
gans montes de superioribus suis
de fructu operū tuorū satiabitur
terra. Producēs fenū iumētis et
herbā seruituti hoim. Ut educas
panē de terra: et vinū letificet cor
hoīs Ut exhilaret faciē in oleo: et
panis cor hominis cōfirmet. Sa
turabuntur ligna campi: et cedri
libani quas plantauit illic passe-
res nidificabunt. Herodij dom9
dux est eorum: montes excelsi cer
uis petra refugium herinacijs.
Fecit lunam in tēpore: sol cogno
uit occasum suum. Posuisti tene-
bras et facta est nox: in ipa pertrā
sibūt omnes bestie silue. Catuli
leonum rugientes vt rapiant: et
querant a deo escam sibi. Ortus

est sol et congregati sunt: et in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suū: et ad operationem suam vsq; ad vesperam. Quā magnificata sunt opera tua domie: omnia in sapientia fecisti impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnuz et spacioſum manibus illic reptilia quoz̄ū non est numer9. Animalia pusilla cū magnis: illic naues pertransibūt Draco iste quez formasti ad illudendū ei: oia a te expectāt vt des illis escam in tempore. Dante te illis colligent: aperiente te manū tuā oīa implebuntur bonitate. Auertente autē te faciem turbabuntur auferes spiritū eoz̄ū et deficiēt: z in puluerē suū reuertētur Emitte spiritū tuū z creabuntur et renouabis faciē terre. Sit gloria domini in seculū: letabitur dominus in operibus suis. Qui respicit terrā z facit eā tremere: qui tangit montes et fumigāt. Cantabo dño in vita mea: psallaz deo meo q̄z diu fuero. Iocundū sit ei

eloquiū meum: ego vero delectabor in dño. Deficiāt peccatores a terra et iniqui ita vt non sint: benedic anima mea dño. ps. cliij.

Confitemini dño et inuocate nomē eius: annunciate inter gentes opera eius. Cantate ei et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius. Laudamini in nomine sancto eius: letetur cor querentiū dñm. Querite et confirmamini: querite faciē eius semper. Memento te mirabiliū eius que fecit: prodigia eius et iudicia oris eius. Semen abraham serui eius: filij iacob electi eius. Ipse dominus deus noster: in vniuersa terra iudicia eius. Memor fuit in seculū testamenti sui: verbi quod mandauit in mille generationes. Quod disposuit ad abrahā: et iuramēti sui ad isaac. Et statuit illud iacob in preceptū: et israel in testamentum eternum. Tibi dabo terram chanaan: funiculum hereditatis vestre. Cum essent numero breui: paucissimi et incole eius

Et pertransierūt de gente in gentē: et de regno ad populū alterū.
Non reliquit hominē nocere eis z corripuit pro eis reges Nolite tangere christos meos: et in prophetis meis nolite malignari Et vocauit famem super terrā: et omne firmamentum panis contriuit Misit ante eos virū: in seruū venundatus est ioseph. Humiliauerūt in cōpedib9 pedes eius ferrū pertransijt animā eius donec veniret verbū eius. Eloquiū dñi inflammauit eū: misit rex et soluit eū princeps populorū z dimisit eum Constituit eū dñm domus sue: z principē oīs possessionis sue. Ut eruditet principes ei9 sicut semet ipsum: z senes eius prudentiā doceret Et intrauit israel in egyptū et iacob accola fuit in terra cham Et auxit populū suū vehemēter: et firmauit eū super inimicos ei9 Conuertit cor eorū vt odirēt populū eius: et dolū facerent in seruos eius. Misit moysen seruū suū aaron quez elegit ipsum. Posuit

in eis verba signoꝝ suoꝝ: ꝛ prodi
gioꝝ in terra cham. Misit tene
bras et obscurauit: ꝛ non exacer-
bauit sermones suos. Conuertit
aquas eoꝝ in sanguinē: et occidit
pisces eoꝝ. Et dedit terra eoꝝ
ranas: in penetralibus regū ipso
rū. Dixit et venit cynomia et cini
fes: in oībus finibus eoꝝ. Po-
suit pluuias eoꝝ grandinē: ignē
cōburentem in terra ipsoꝝ. Et
percussit vineas eoꝝ et ficulne
as eoꝝ: et contriuit lignū finiū
eoꝝ. Dixit et venit locusta et
bruchus: cuius non erat numerus
Et comedit omne fenum in terra
eoꝝ: et comedit omnē fructum
terre eoꝝ. Et percussit omne pri
mogenitū in terra eoꝝ: primiti
as omnis laboꝝis eoꝝ. Et eduxit
eos cū argento et auro: et nō erat
in tribubus eoꝝ infirmus. Le
tata est egyptus in profectiōe eo
rū: quia incubuit timoꝝ eoꝝ su-
per eos. Expandit nubem in pro
tectiōe eoꝝ et ignē vt luceret eis
per noctē. Petierunt et venit co-

turnir: et pane celi saturauit eos
Dirupit petrā et fluxerunt aque
abierūt in sicco flumina. Quoniā
memor fuit verbi sancti sui: quod
habuit ad abraham puerum suū.
Et eduxit populū suum in exulta
tione ⁊ electos suos in letitia. Et
dedit illis regiones gentiū: et la
bores populorū possederunt Ut
custodiant iustificationes eius et
legem eius requirant. ps.cv.
Confitemini dño quoniā bo
nus quoniā in seculū miseri
cordia ei9. Quis loquetur potēti
as dñi: auditas faciet oēs laudes
ei9. Beati qui custodiūt iudiciū:
et faciūt iustitiā in omni tempore
Memento nostri dñe in beneplā
cito populi tui: visita nos in saluta
ri tuo. Ad videdū in bonitate ele
ctorū tuorum ad letandū in letitia
gentis tue vt lauderis cū hereditate tua. Peccauimus cū patrib9
nostris: iniuste egim9 iniquitatē
fecim9. Patres nri in egypto nō
intellexerūt mirabilia tua: nō fue
rūt memores multitudinis mie tue

Et irritauerūt ascendētes in ma
ri: mare rubrum Et saluauit eos
propter nomē suū: vt notā faceret
potentiā suā. Et increpuit mare
rubrū et exsiccatus est: et deduxit
eos in abyssis sicut in deserto Et
saluauit eos de manu odientium:
et redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulātes eos:
vnus ex eis non remansit. Et cre
diderūt in verbis ei9: et laudaue
runt laudem eius. Cito fecerunt
obliti sunt operū eius et nō sustī
nuerunt consiliū eius. Et concu
pierunt cōcupiscentiā in deserto:
et tentauerūt deū in inaquoso Et
dedit eis petitionē ipsorū: et mi
sit saturitatē in aias eorū. Et ir
ritauerunt moysen in castris aa
ron sanctum domini. Aperta est
terra et deglutiuit dathan: et ope
ruit super cōgregationē abyron.
Et exarsit ignis in synagoga eo
rū: flamma cōbussit peccatores.
Et fecerunt vitulū in oreb: ⁊ ado
rauerunt sculptile Et mutauerūt
gloriā suā in similitudinem vituli

comedentis fenum. Oblitisunt deum qui saluauit eos: qui fecit magnalia in egypto mirabilia in terra cham: terribilia in mari rubro. Et dixit vt desperderet eos si nō moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius Ut auerteret iram eius ne disperderet eos et pro nihilo habuerūt terrā desiderabilē. Non credide runt verbo ei⁹ et murmurauerūt in tabernaculis suis: nō exaudierunt vocē dñi. Et eleuauit manū suā super eos: vt prosterneret eos in deserto. Et vt proiiceret semē eorū in nationibus: et disperderet eos in regionibus. Et initiati sunt beelphegor: z comederunt sacrificia mortuorū. Et irritauerūt eū in adinuentionibus suis: z multiplicata est in eis ruina. Et stetit phinees et placauit: et cessauit quassatio. Et reputatuz est ei ad iustitiam: in generatione et generationē vsqz in sempiternū. Et irritauerunt eū ad aquam cōtradictionis; et vexatus est moyses

propter eos quia exacerbauerũt
spiritũ ei9. Et distinxit in labijs
suis: non diſperdiderunt gentes
quas dixit dñs deus illis. Et cõ
mixti sunt inter gentes et didice-
rũt opera eorũ et seruierunt scul-
ptilibus eorũ: et factũ est illis in
scandalũ. Et immolauerũt filios
suos et filias suas demonijs. Et
effuderunt sanguinẽ innocentem
sanguinẽ filiorũ suorũ et filiarum
suarum quas sacrificauerunt scul
ptilibus chanaam. Et infecta est
terra in sanguinibus: et contami-
nata est in operibus eorũ: et forni
cati sunt in adinuẽtionibus suis.
Et iratus est furore dñs in popu
lũ suũ: et abominatus est hereditatem suã. Et tradidit eos in ma
nus gentiũ: ⁊ dñati sunt eorũ qui
oderũt eos. Et tribulauerũt eos
inimici eorũ: et humiliati sunt sub
manibus eorũ: sepe liberauit eos
Ipsi autem exacerbauerunt eum
in cõsilio suo et humiliati sunt in
iniquitatibus suis. Et vidit cum
tribularentur: ⁊ audiuit oratiõẽ

eorũm. Et memor fuit testamenti
sui: et penituit eũ secundũ multi-
tudinem mie sue. Et dedit eos in
mias in cõspectu omniũ qui cepe
rant eos. Saluos fac nos domi-
nus deus noster: et cõgrega nos
de nationibus. Ut cõfitemur no-
mini sctõ tuo et gloriemur in lau-
de tua. Bñdictus dñs deus isra
el a seculo z vsq; in seculũ et dicet
omnis populus fiat fiat. ps. cvj.
Confitemini dño quonĩã bo-
nus: quonĩã in seculum mia
eius. Dicãt nũc qui redẽpti sunt
a dño: quos redemit de manu ini
mici: de regionibus cõgregauit
eos. A solis ortu et occasu: ab a-
quilone et mari. Errauerũt in so
litudine inaquoso viam ciuitatis
habitaculi nõ inuenerunt. Esuri
entes et sitiẽtes: aia eorũ in ipsis
defecit. Et clamauerunt ad dñm
cum tribularentur: et de necessita
tibus eor eripuit eos. Et eduxit
eos in viam rectam: vt irent in ci
uitatem habitationis. Confite-
antur domino misericordie eius:

et mirabilia eius filijs hominum
Quia satiauit aiam inanē: et aiam
mā esurientē satiauit bonis. Se-
dētes in tenebris ⁊ in vmbra mor-
tis: vinctos in mendicitate et fer-
ro. Quia exacerbauerūt eloquia
dei: et consilium altissimi irritaue
runt. Et humiliatum est in labo-
ribus cor eorum: ⁊ infirmati sunt
nec fuit q̄ adiuuaret. Et clamaue
rūt ad dñm cū tribularētur: et de
necessitatibus eorū liberauit eos
Et eduxit eos de tenebris et vm
bra mortis: et vincula eorū diru-
pit. Confiteantur dño mie eius:
et mirabilia eius filijs hominum.
Quia contriuit portas ereas: et
vectes ferreos confregit. Suscē-
pit eos de via iniq̄tatis eorū pro
pter iniustitias eni suas humilia
ti sunt. Omnē escam abominata
est anima eorū: ⁊ appropinquaue
runt vsq; ad portas mortis. Et
clamauerunt ad dñm cum tribula
rentur: et de necessitatibus eorū
liberauit eos. Misit verbū suū et
sanauit eos; ⁊ eripuit eos de inte

ritionibus eorum. Confiteantur
dño mie eius et mirabilia eius fi-
lijs hoim. Ut sacrificent sacrifi-
ciū laudis: ⁊ annūcient opera ei⁹
in exultatione. Qui descendunt
mare in nauibus: faciētes opera
tionē in aquis multis. Ipsi vide
rūt opera dñi: ⁊ mirabilia eius in
profundo. Dixit ⁊ stetit spiritus
procelle: et exaltati sunt fluctus
eius. Ascendūt vsq; ad celos: et
descendūt vsq; ad abyssos: aīa eo
rū in malis tabescebat. Turbati
sunt et moti sunt sicut ebrius ⁊ om
nis sapientia eorum deuorata est
Et clamauerūt ad dñm cū tribu-
larentur: et de necessitatibus eoꝝ
eduxit eos. Et statuit procellam
ei⁹ in aurā: et siluerūt fluctus ei⁹
Et letati sunt quia siluerūt: et de-
duxit eos in portū voluntatis eo
rū. Confiteantur dño mie eius: ⁊
mirabilia eius filijs hoim. Et ex
altēt eū in ecclesia plebis: et in ca
thedra seniorū laudēt eū. Posuit
flumina in desertū: et exitus aqua
rū in sitim. Terrā fructiferam in

salsuginē: a malitia ihābitātiū in ea. Posuit desertū in stagna aquarū: z terrā sine aqua in exitū aquarū. Et collocauit illic esurietes: et cōstituerūt ciuitatē habitationis Et seminauerūt agros z plātauerūt vineas: z fecerunt fructū natiuitatis. Et bñdixit eis z multiplicati sunt nimis: z iumēta eorū non minorauit. Et pauci facti sunt: et vexati sunt a tribulatione malorū z dolore. Effusa est cōtentio sup principes: et errare fecit eos in inuio et nō in via. Et adiuuit pauperē de inopia: z posuit sicut oues familias Videbūt recti z letabunt: z oīs iniqtas opilabit os suū. Quis sapiēs z custodiet hec: z intelliget mīas dñi. ps. cvii

Paratū cor meū deus paratū cor meū: cantabo et psallā in gloria mea. Exurge gl'ia mea exurge psalteriū z cythara: exurgā diluculo. Cōfitebor tibi in populis dñe: z psallā tibi in nationib9 Quia magna est super celos misericordia tua: et vsq; ad nubes

veritas tua. Exaltare sup celos deus et sup oēm terrā gloria tua vt liberent dilecti tui. Salui fac dextera tua et exaudi me: deus locutus est in sancto suo Exultabo et diuidā sichimā: et conuallē tabernaculorū dimetiar. Meus est galaad et meus est manasses; et effraim susceptio capitis mei Iuda rex meus: moab lebes spei mee In idumeā extendā calciamentū meū; mihi alienigene amicifacti sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitā quis deducet me vsq; in idumeā. Nōne tu deus qui repulisti nos: et nō exibis deus in virtutib9 nostris. Da nobis auxilium de tribulatione quia vana salus hominis In deo faciemus virtutem: et ipse ad nihilū deducet inimicos nostros. ps. cviij.

Deus laudē meā ne tacueris quia os peccatoris ⁊ os dolosi super me apertū est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa: et sermonib9 odij circundederūt me et expugnauerunt me gratis

Pro eo vt me diligerēt detrahe-
bant mihi: ego aūt orabā. Et po
fuerūt aduersum me mala pro bo
nis: et odiū pro dilectione mea.
Constitue super eū peccatorē: et
diabolus stet a dextris eius. Cū
iudicat exeat condēnatus et ora
tio ei⁹ fiat in peccatū. Fiāt dies
eius pauci: et episcopatū ei⁹ acci
piat alter. Fiāt filij eius orpha-
ni: et vxor eius vidua. Nutātes
transferātur filij eius et mēdicēt
et eiciant de habitationib⁹ suis.
Scrutetur fenerator oēm substā
tiam eius: et diripiāt alieni labo
res eius. Non sit illi adiutor nec
sit qui misereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitum: in
generatione vna deleatur nomen
eius. In memoriā redeat iniqui
tas patrū ei⁹ in conspectu dñi: et
peccatū matris eius nō deleatur
Fiant cōtra dñm semp: et dispe-
riat de terra memoria eorum: pro
eo quod nō est recordatus facere
miam. Et persecutus est hominē
inopē & mendicū & cōpunctū corde

mortificare et dilexit maledictionem et veniet ei: et noluit benedictionem et elongabitur ab eo. Et induxit maledictionē sicut vestimentū et intrauit sicut aqua in interiora ei9 et sicut oleū in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimētū quo operit: et sicut zona qua semp̄ precingitur. Hoc opus eorū qui detrahunt mihi apud dñm: et q̄ loquūtur mala aduersus aiam meā Et tu dñe fac mecū p̄pter nomen tuū: quia suauis est misericordia tua. Libera me q̄a egenus et pauper ego sum: et cor meū conturbatum est intra me Sicut vmbra cū declinat ablat9 sum: et excussus sū sicut locuste. Genua mea infirmata sunt a ieiunio: et caro mea immutata est p̄propter oleū. Et ego factus sum opp̄robriū illis: viderunt me et mouerunt capita sua. Adiuua me dñe deus me9: saluū me fac p̄propter miam tuā. Et sciant quia manus tua hec: et tu dñe fecisti eam. Maledicent illi et tu benedices: q̄ insurgunt in me cō-

fundantur: seruus autē tuus leta
bitur. Induantur qui detrahūt
mihi pudore: et operiantur sicut
dyploide cōfusione sua. Confite
bor domino nimis in orē meo: et
in medio multorū laudabo eum.
Qui astitit a dextris pauperis:
vt saluum faceret a persequenti-
bus animā meam. Psalmus. cix.

Dixit dñs dño meo sede
a dextris meis Donec
ponam inimicos tuos:
scabellum pedū tuorū.
Virgaz virtutis tue e-
mittet dñs ex syō: dñare in medio
inimicoz tuorū. Tecū principiū
in die virtutis tue in splendoribꝰ
sanctorū: ex vtero ante luciferum
genui te. Iurauit dñs et non pe-
nitebit eū: tu es sacerdos in eter-
nū secundū ordinē melchisedech
Dñs a dextris tuis: cōfregit in
die ire sue reges Iudicabit in na
tionibꝰ implebit ruinas: cōquas-
sabit capita in terra multoz. De
torrente in via bibet: propterea
exaltabit caput. Psalmus. cx.

Confitebor tibi dñe in toto cor de meo: in consilio iustorũ et cõgregatiõe. Magna opera dñi: exquisita in oẽs voluntates eius Confessio et magnificẽtia opus eius: et iustitia eiꝰ manet in seculum seculi. Memoriã fecit mirabilium suorũ: misericors et miserator dñs: escã dedit timentibus se. Memor erit in seculũ testamenti sui: virtutẽ operũ suorũ annunciabit populo suo Vt det illis hereditatẽ gẽtiũ: opera manuũ eiꝰ veritas et iudiciũ. Fidelia oĩa mandata eiꝰ confirmata in seculũ seculi: facta in veritate ⁊ equitate Redemptionẽ misit dñs populo suo: mandauit in eternũ testamentum suum. Sanctũ et terribile nomen eius: initium sapiẽtie timor dñi. Intellectus bonus omnibꝰ facientibus eũ: laudatio eius manet in seculum seculi. ps. cxi.

Beatꝰ vir q̃ timet dñm: in mãdatis eius volet nimis. Potens in terra erit semẽ eiꝰ generatio rectorũ benedicetur. Gloria

et diuitie in dōmo eius: ⁊ iustitia eius manet in seculum seculi. Exortū est in tenebris lumen rectis misericors et miserator et iustus Jocundus homo qui miseretur et commodat disponit sermones suos in iudicio: quia in eternū nō cōmouebit. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala nō timebit. Paratū cor eius sperare in dño: cōfirmatū est cor eius nō cōmouebitur: donec despiciat inimicos suos. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator videbit et irascetur: dentibus suis fremet et tabescet: desiderū peccatorū peribit. Psalmus. cxij.
Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi. Sit nomen dñi benedictū: ex hoc nunc et vsq; in seculum. A solis ortu vsq; ad occasum: laudabile nomen domini. Excelsus super oēs gentes dñs et super celos gloria eius Quis sicut dñs deus noster qui in altis

habitat: et humilia respicit in celo ꝛ in terra. Suscitãs a terra inopẽ: et de stercore erigẽs pauperẽ Ut collocet eum cũ principibus cũ principibus populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo: matrẽ filiorũ letantẽ. ps.cxiij.

In exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro. Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius Mare vidit et fugit: iordanis conuersus est retrorsum. Montes exultauerũt vt arietes: et colles sicut agni ouium. Quid est tibi mare quod fugisti: et tu iordanis quia cõuersus es retrorsum. Montes exultastis vt arietes: et colles sicut agni ouiũ. A facie dñi mota est terra: a facie dei iacob. Qui cõuertit petrã in stagna aquarũ: et rupem in fontes aquarũ. Non nobis dñe non nobis: sed nomini tuo da gloriã. Super misericordia tua et veritate tua: nequando dicãt gẽtes vbi est deꝰ eorũ. Deus aũt noster in celo oia quecũq;

voluit fecit. Simulachra gentiuz argentū et aurū opera manuū ho minū. Os habēt et nō loquentur oculos habēt et nō videbūt. Au res habent et non audient: nares habent et nō odorabunt. Manus habent et nō palpabūt pedes ha bent et non ambulabunt non cla mabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciūt ea: et omnes qui cōfidunt in eis. Domus isra el sperauit in dño adiutor eorū et protector eorū est. Dom9 aaron sperauit in dño: adiutor eorum et protector eorū est. Qui timēt do minū sperauerūt in dño: adiutor eorū et protector eorum est. Dñs memor fuit nostri: et benedixit no bis. Benedixit domui israel: bñ dixit domui aaron. Bñdixit om nibus q̄ timēt dñm pusillis cū ma ioribus Adiciat dñs super vos sup vos et sup filios vros. Bñdi cti vos a dño: q̄ fecit celū et terrā Celum celi dño: terrā aūt dedit filijs hominū. Nō mortui lauda bunt te dñe: neq̄ oēs qui descen-

dunt in infernū. Sed nos qui viuimus benedicimus dño: ex hoc nunc et vsq; in seculū. ps.cxliij.

Dilexi quoniā exaudiet dñs vocē orationis mee. Quia inclinauit aurē suā mihi: et in diebus meis inuocabo. Circumdederūt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me. Tribulationē et dolorē inueni: et nomen dñi inuocaui. O dñe libera animā meā misericors dñs et iustus: et deus noster miseret. Custodiens paruulos dñs: humiliatus sum et liberauit me. Conuertere anima mea in requiē tuam: qa dominꝰ benefecit tibi. Quia eripuit animā meā de morte oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu. Placebo domīo: in regione viuorum. Psalmus.cxv.

Credidi propter quod locutus sum: ego autē humiliatꝰ sum nimis. Ego dixi in excessu meo: omis homo mēdax. Quid retribuā dño: pro omnibus que retribuit mihi. Calicem salutaris

accipiã: et nomen dñi inuocabo. Vota mea dño reddã coram omni populo eius: pretiosa in conspectu dñi mors sctorũ eius. O dñe qa ego seruus tuus: ego seruus tui et filius ancille tue. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiaz laudis z nomẽ dñi inuocabo Vota mea dño reddã in cõspectu omnis ppli eius: in atriis domus dñi in medio tui hierusalẽ. ℣c. xxvi.

Laudate dñm omnes gentes laudate eum omnes populi Quoniã cõfirmata est super nos misericordia eius: et veritas dñi manet in eternũ. ℣salmus. cxvij.

Confitemini dño quoniã bonus quoniã in seculũ misericordia eius. Dicat nũc israel quoniã bonus: quoniã in seculũ misericordia eius. Dicat nunc domus aaron: quoniã in seculũ misericordia eius. Dicãt nunc qui timent dñm: quoniã in seculũ misericordia eius. De tribulatiõe inuocaui dñm z exaudiuit me in latitudine dñs. Dñs mihi adiutor: nõ ti

mebo q̄d faciat mihi homo Dn̄s
mihi adiutor: et ego despiciā ini-
micos meos. Bonū est cōfidere
in dn̄o: q̄ꝫ cōfidere in hoīe Bonū
est sperare in domīo q̄ꝫ sperare in
principibus. Omnes gētes cir-
cuierūt me et in noīe dn̄i q̄a vltus
sum in eos. Circūdantes circun
dederūt me ⁊ in nomine dn̄i: quia
vltus sum in eos. Circūdederūt
me sicut apes et exarserunt sicut
ignis in spinis et in nomine dn̄i:
quia vltus sum in eos Impulsus
euersus sum vt caderē: et dn̄s su-
scepit me. Fortitudo mea ⁊ laus
mea dn̄s: et factus est mihi in sa-
lutem. Vox exultationis et salu-
tis in tabernaculis iustorū. De-
xtera dn̄i fecit virtutē dextera do
mini exaltauit me: dextera dn̄i fe
cit virtutem. Non moriar sed vi-
uam: et narrabo opera dn̄i. Ca-
stigans castigauit me dominus:
et morti non tradidit me. Aperi
te mihi portas iustitie ingressus
in eas confitebor dn̄o: hec porta
dn̄i iusti intrabūt in eam. Confi-

tebor tibi quoniã exaudisti me: ꝛ
factus es mihi in salutem. ℣ api
dem quẽ reprobauerũt edifican-
tes: hic factꝰ est in caput anguli.
℟ dño factum est istud: et est mi-
rabile in oculis nostris. ℣ ec est
dies quã fecit dñs: exultemus et
letemur in ea. ℟ dñe saluum me
fac o dñe bene prosperare: bene-
dictus qui venit in nomine dñi.
℣ enedixim⁹ vobis de domo do
mini: deus dñs et illuxit nobis.
℟ õstituite diẽ solennẽ in cõden-
sis: vsq; ad cornu altaris. ℣ eus
meus es tu et confitebor tibi: deꝰ
meus es tu et exaltabo te. ℟ onfi
tebor tibi quoniã exaudisti me et
factus es mihi in salutẽ. ℟ onfite
mini dño quoniã bonꝰ quoniã in
seculũ misericordia eiꝰ. ℣s. cxvii

℣ Beati immaculati in via: qui
ambulant in lege dñi. ℟ ea-
ti qui scrutãtur testimonia eiꝰ: in
toto corde exquirũt eũ. ℣ on eni
qui operãtur iniq̃tatẽ: in vijs eiꝰ
ambulauerũt. ℟ u mandasti man
data tua custodiri nimis. ℣ tinã

dirigãtur vie mee: ad custodiendas iustificatiões tuas. Nũc nõ cõfundar: cũ perspexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directiõe cordis: in eo qõ didici iudicia iustitie tue. Iustificationes tuas custodiã: non me derelinquas vsqz quaqz.

In quo corrigit adolescẽtior viã suã: in custodiẽdo sermones tuos. In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mãdatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua: vt nõ peccẽ tibi. Benedictꝰ es dñe: doce me iustificationes tuas. In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. In via testimoniorũ tuorũ delectatus sum: sicut in oñibus diuitijs. In mãdatis tuis exercebor et considerabo vias tuas. In iustificationibus tuis meditabor: nõ obliuiscar sermones tuos.

Retribue seruo tuo viuifica me: et custodiam sermones tuos. Reuela oculos meos: et cõsiderabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: non abscondas a me mãdata tua. Concupiuit anima mea desiderare iustificatiões tuas: in omni tẽpore. Increpasti superbos: maledicti qui declinãt a mãdatis tuis. Aufer a me opprobriũ et contemptũ quia testimonia tua exq̃siui. Etenim sederunt principes et aduersum me loquebãtur: seruus autẽ tuus exercebatur in iustificationibus tuis Nã et testimonia tua meditatio mea est: et consiliũ meum iustificationes tue.

Adhesit pauimẽto aĩa mea: viuifica me secundũ verbũ tuum. Vias meas annũciaui et exaudisti me: doce me iustificationes tuas. Viam iustificationum tuarum instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis. Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis. Viam iniq̃tatis amoue a me: et de lege tua miserere mei. Viã veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus. Adhesi testimonijs tuis domi-

ne: noli me confundere. Quã mãdatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.

Legem pone mihi dñe viam iustificationũ tuarũ: & exquiram eã semper. Da mihi intellectũ et scrutabor legẽ tuã: et custodiam illã in toto corde meo. Deduc me in semita mandatorũ tuorum: qa ipsam volui. Inclina cor meũ in testimonia tua & nõ in auaritiam. Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ: in via tua viuifica me. Statue seruo tuo secundum eloquiũ tuum: in timore tuo Amputa opprobriũ meum quod suspicatus sum: quia iudicia tua iocũda. Ecce cõcupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me.

Et veniat super me misericordia tua dñe: salutare tuũ secundũ eloquiũ tuũ. Et respondebo exprobrãtibus mihi verbum: qa speraui in sermonib9 tuis Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vsqz quaqz: qa in iudicijs tuis supersperaui. Et custodiam

legē tuā ſemper in ſeculū ⁊ in ſeculū ſeculi. Et ambulabā in latitudine: qa mandata tua exquiſiui. Et loq̄bar de teſtimoniis tuis in conſpectu regū: ⁊ nō cōfundebar. Et meditabar in mandatis tuis: quę dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi: et exercebor in iuſtificationibus tuis.

MEmor eſto verbi tui ſeruo tuo in quo mihi ſpē dediſti. Hec me cōſolata eſt in humilitate mea quia eloquiū tuum viuificauit me. Superbi iniique agebāt vſq; qa q̄; a lege autē tua non declinaui. Memor fui iudiciorum tuorū a ſeculo domine: et conſolatus ſum. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legē tuā. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tue: in loco peregrinationis mee. Memor fui nocte nominis tui domine: et cuſtodiui legem tuam. Hec facta eſt mihi: quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

PArtio mea dñe: dixi cuſtodire legē tuā. Deprecatꝰ ſum

faciem tuã in toto corde meo: mi-
serere mei secundũ eloquiũ tuum
Cogitaui vias meas: et conuer-
ti pedes meos in testimonia tua.
Paratus sum et nõ sum turbat9:
vt custodiã mandata tua. Funes
peccatorum circũplexi sunt me: et
legem tuam nõ sum oblitus. Me-
dia nocte surgebã ad confitendũ
tibi: super iudicia iustificationis
tue. Participeps ego sum omniũ ti
mentiũ te: et custodientiũ manda
ta tua. Misia tua domine plena est
terra: iustificatiões tuas doce me
Benitatẽ feciſti cũ seruo tuo
dñe: secundũ verbũ tuũ. Bo
nitatem et disciplinã et scientiam
doce me: quia mandatis tuis cre-
didi. Priusq̃ humiliarer ego de
liqui: propterea eloquium tuum
custodiui. Bonus es tu: et in bo
nitate tua doce me iustificationes
tuas. Multiplicata est super me
iniquitas superborũ: ego autẽ in
toto corde meo scrutabor manda
ta tua. Coagulatum est sicut lac
cor eorum; ego vero legem tuam

meditatus sum. Bonū mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. Bonū mihi lex oris tui: super milia auri et argenti.

Manus tue domie fecerūt me et plasmauerūt me: da mihi intellectū vt discam mandata tua Qui timent te videbūt me et letabuntur: quia in verba tua superspersaui. Cognoui dñe quia equitas iudicia tua: et in veritate tua humiliasti me. Fiat mia tuavt cō soletur me secundū eloquiū tuum seruo tuo. Veniant mihi miserationes tue et viuam: quia lex tua meditatio mea est. Confundant superbi: qa iniuste iniquitatē fecerūt in me: ego autez exercebor in mandatis tuis. Conuertātur mihi timentes te: et qui nouerunt testimonia tua. Fiat cor meum immaculatū in iustificationibus tuis: vt non confundar.

Defecit in salutare tuum aia mea et in verbū tuum superspersaui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes: quādo

dõsolaberis me. Quia factꝰ sum sicut vter in pruina iustificatiões tuas nõ sum oblitꝰ. Quot sunt dies serui tui: quãdo facies de persequentibus me iudiciũ. Narraverunt mihi iniqui fabulationes: sed nõ vt lex tua. Omnia mãdata tua veritas: iniqui persecuti sunt me adiuua me. Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua. Secundũ miam tuã viuifica me: et custodiam testimonia oris tui. In eternũ dñe: verbũ tuũ permanet in celo. In generatione et gñrationẽ veritas tua: fundasti terram et permanet. Ordinatione tua per seuerat dies: quoniã omnia seruiũt tibi. Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte pertissem in humilitate mea In eternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Tuus sum ego saluum me fac quoniã iustificatiões tuas exquisiui. Me expectauerunt pctõres vt perderẽt me testimonia tua

intellexi. Omnis cōsummatiōis
vidi finē: latū mandatū tuū nimis

Quomodo dilexi legem tuam
dñe: tota die meditatio mea
est. Super inimicos meos prudē
tem me fecisti mandato tuo: qa in
eternum mihi est. Super omnes
docentes me intellexi: quia testi-
monia tua meditatio mea est. Su
per senes intellexi quia mandata
tua quesiui. Ab oīvia mala pro
hibui pedes meos: vt custodiam
verba tua. A iudicijs tuis nō de
clinaui: quia tu legem posuisti mi
hi. Quam dulcia faucibus meis
eloquia tua: super mel ori meo A
mandatis tuis intellexi: propte-
rea odiui omnē viam iniquitatis

Lucerna pedibus meis ver-
bū tuū et lumē semitis meis
Luraui et statui: custodire iudi-
tia iustitie tue. Humiliatus sum
vsqz quaqz dñe: viuifica me secun-
dum verbū tuū. Voluntaria oris
mei beneplacita fac dñe: z iudicia
tua doce me. Aia mea in manib9
meis semper: z legem tuā nō sum

oblitus. Posuerūt pctōres laque
um mihi: et de mandatis tuis nō
erraui. Hereditate acquisiui te-
stimonia tua in eternū: qa exulta-
tio cordis mei sunt. Inclinaui cor
meū ad faciēdas iustificatiōes tu
as in eternū propter retributionē
Iniquos odio habui et legez
tuā dilexi. Adiutor et susce
ptor me9 es tu: ⁊ in verbū tuū su-
persperaui. Declinate a me mali
gni et scrutabor mādata dei mei.
Suscipe me secundū eloquiū tuū
et viuā: et nō cōfundas me ab ex-
pectatiōe mea. Adiuua me ⁊ sal-
uus ero: et meditabor in iustifica
tionibus tuis semper. Preuisti
omnes discedētes a iustitijs tuis
quia iniusta cogitatio eorū. Pre
uaricantes reputaui omnes pctō
res terre: ideo dilexi testimonia
tua. Confige timore tuo carnes
meas: a iudicijs enim tuis timui.
Feci iudiciū ⁊ iustitiam non
tradas me calumniantibus
me. Suscipe seruū tuū in bonum:
nō calūnientur me superbi. Oculi

mei defecerūnt in salutare tuum:
et in eloquium iustitie tue. Fac
cum seruo tuo secundū misericor
diā tuā: et iustificationes tuas do
ce me. Seruus tuus sum ego: da
mihi intellectū vt sciā testimonia
tua. Tēpus faciendi dñe: dissipa
uerūt legē tuā. Ideo dilexi man-
data tua: super aurū et topazion.
Propterea ad oīa mādata tua di
rigebar oēz viā liquā odio habui
Mirabilia testimōia tua: ideo
scrutata est ea aīa mea. De
claratio sermo nū tuorum illumi-
nat: et intellectum dat paruulis.
Os meū aperui et attraxi spiritū
q̄a mādata tua desiderabā. Aspi
ce in me et miserere mei: scd̄m iu-
diciū diligentiū nomē tuū. Gres-
sus meos dirige secundū eloquiū
tuū: et nō dñetur mei om̄is iniusti
tia. Redime me a calūnijs hoīm:
vt custodiā mandata tua. Faciē
tuam illumina super serum tuum:
et doce me iustificationes tuas.
Exitus aquarū deduxerūt oculi
mei: q̄a nō custodierūt legē tuam

IUstus es dñe: ⁊ rectum iudi
ciū tuū. Mandasti iustitiā te
stimonia tua et veritatem tuam ni
mis Tabescere me fecit zelus me
us: quia obliti sunt verba tua ini=
mici mei. Ignitū eloquiū tuū ve=
hementer ⁊ seruus tuus dilexit il
lud. Adolescētulus sum ego ⁊ cō
tēptus: iustificatiōes tuas nō sum
oblitus. Iustitia tua iustitia in
eternū: et lex tua veritas. Tribu
latio et angustia inuenerunt me:
mandata tua meditatio mea est.
Equitas testimonia tua in eter=
nam intellectū da mihi et viuam.
CLamaui in toto corde exau=
di me dñe iustificationes tu=
as requirā. Clamaui ad te saluū
me fac: vt custodiā mandata tua.
Preueni in maturitate et clama=
ui: quia in verba tua superspera ui
Preuenerunt oculi mei ad te di=
luculo vt meditarer eloquia tua.
Vocem meā audi secundū mīam
tuā dñe: ⁊ secūdū iudiciū tuū viui
fica me. Appropinquauerūt per
sequētes me iniquitati: a lege aūt

tua longe facti sunt. Prope es tu domine: et omnes vie tue veritas. Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in eternum fundasti ea.

Vide humilitatē meā ⁊ eripe me: quia legē tuā nō sum oblitus. Iudica iudiciū meū ⁊ redime me: propter eloquiū tuum viuifica me. Longe a peccatoribꝰ salus: qa iustificationes tuas nō exquisierunt. Misericordie tue multe dñe: secundū iudicium tuū viuifica me. Multi qui persequūtur me et tribulant me: a testimonijs tuis non declinaui. Vidi prevaricantes et tabescebam: qa eloquia tua nō custodierunt. Vide quoniā mandata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me. Principium verborum tuorum veritas in eternū omnia iudicia iustitie tue.

Principes persecuti sunt me gratis: ⁊ a verbis tuis formidauit cor meum. Letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatē odio habui ⁊ abominatꝰ sum: legē aūt tuā

dilexi. Septies in die laudē dixi tibi: sup iudicia iustitie tue. Pax multa diligētibus legē tuā: et nō est illis scandalū. Expectabā salutare tuū dñe: et mandata tua dilexi. Custodiuit aīa mea testimonia tua: et dilexit ea vehementer. Seruaui mādata tua z testimōia tua qa oēs vie mee in cōspectu tuo sūt. Appropinquet deprecatio mea in cōspectu tuo domine: iuxta eloquiū tuum da mihi intellectū. Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundū eloquium tuum eripe me. Eructabunt labia mea ymnū: cū docueris me iustificationes tuas. Pronūciabit lingua mea eloquiū tuū: qa omnia mandata tua equitas. Fiat manꝰ tua vt saluet me: quoniā mandata tua elegi. Concupiui salutare tuum domine: et lex tua meditatio mea est. Viuet anima mea et laudabit te: et iudicia tua adiuuabunt me. Erraui sicut ouis que perijt: quere seruū tuum dñe quia mandata tua non sum oblitus.

Monday Feria.ii.ad vespas

AD dñm cũ tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. Dñe libera animã meã a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguaz dolosam. Sagitte potentis acute cũ carbonib⁹ desolatorijs. Heu mihi q̃a incolat⁹ meus prolongatus est habitaui cũ habitantibus cedar: multũ incola fuit anima mea. Cũ his qui oderũt pacẽ eram pacificus: cũ loquebar illis impugnabant me gratis. ps.cxx.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxiliũ mihi Auxiliũ meũ a dño: qui fecit celũ et terrã. Non det in cõmotionem pedẽ tuũ: neq; dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit neq; dormiet: qui custodit isrl. Dñs custodit te dñs protectio tua: super manũ dexterã tuã. Per diem sol nõ vret te neq; luna per noctẽ. Dñs custodit te ab omi malo: custodiat animã tuam dñs. Dñs custodiat introitũ tuũ ⁊ exitũ tuum: ex hoc nũc ⁊ vsq; in sclm. ps.cxxi.

Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum dñi ibi mus. Stantes erāt pedes nostri: in atrijs tuis hierusalē. Hierusalem q̄ edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipm. Illuc eni ascenderūt tribus tribus dñi testimoniū israel ad cōfitendū nomini domini. Quia illic sederūt sedes in iudicio: sedes super domū dauid. Rogate q̄ ad pacē sunt hierusalē: et abundantia diligēti bus te. Fiat pax in virtute tua: et abundātia in turribus tuis. Propter fratres meos et proximos meos: loquebar pacē de te. Propter domū domini dei nostri: que siui bona tibi. Ipsalmus. cxxij.

Ad te leuaui oculos meos: q̄ habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorū suorū. Sicut oculi ancille in manibus domine sue: ita oculi nostri ad dominū deū nostrū donec misereat nostri. Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.

Quia multū repleta est anima nr̃a opprobrium abundantibus: et despectio superbis. ps. cxxiii.

Nisi qa dñs erat in nobis dicat nūc israel: nisi quia dñs erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos: forte vivos deglutissent nos. Cum irascceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentē pertransiuit aia nr̃a: forsitan pertransisset aia nostra aquā intolerabilē

Benedictus dñs qui nō dedit nos in captionē dentib9 eor̃. Anima nr̃a sicut passer erepta est: de laqueo venantiū. Laqueus contritus est: et nos liberati sum9. Adiutoriū nostrū in nomie domini: qui fecit celū z terram. ps. cxxiii.

Qui cōfidunt in domino sicut mons syon nō cōmouebitur in eternū qui habitat in hierusalē Montes in circuitu ei9 et dñs in circuitu populi sui: ex hoc nūc et vsq; in seculū. Quia nō relinquet dñs virgā pctōrū super sortē iustorū: vt nō extendant iusti ad ini

quitatē manus suas. Benefac domine: bonis et rectis corde. Declinantes autem in obligationes adducet dñs cū operantibus iniquitatē pax super israel. ps. cxxv

In conuertendo dñs captiuitatē syon facti sumus sicut cōsolati. Tunc repletus est gaudio os nostrū: et lingua nostra exultatiōe. Tunc dicēt inter gentes magnificauit dñs facere cū eis. Magnificauit dñs facere nobiscū: facti sumus letantes. Conuertere dñe captiuitatē nostram sicut torrens in austro. Qui seminant in lachrymis in exultatione metent. Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua. Venientes aūt venient cum exultatione: portantes manipulos suos. ps. cxxvj.

Nisi dominus edificauerit domum: in vanū laborauerunt qui edificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam. Vanum est vobis ante lucem surgere surgite postq̄ sederitis qui manducatis

panē doloris. Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas dñi filij merces fructus ventris. Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussorū. Beatus vir qui impleuit desiderū suum ex ipsis: nō confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. ps. cxxvij.

Beati oēs qui timēt dñm: qui ambulant in vijs eius. Labores manuū tuarū quia manducabis: beatus es et bene tibi erit Uxor tua sicut vitis abūdans: in lateribus domus tue. Filij tui sicut nouelle olliuarū in circuitu mēse tue Ecce sic benedicetur homo qui timet dominū. Benedicat tibi dñs ex syon: z videas bona hierusalē omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum pacem super israel. ps. cxxvij.

Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea: dicat nūc israel Sepe expugnauerunt me a iuuētute mea etenim nō potuerunt mihi. Supra dorsum meū fabricauerunt pctōres prolongauerunt ini

quitatē suā. Dñis iustus cōcidet
ceruices peccatorū: cōfundantur
et cōuertant retrorsum oēs q̄ ode
rūt syon. Fiāt sicut fenū tectorū:
qđ priusq̄ euellatur exaruit. De
quo nō impleuit manū suā qui me
tet: et sinū suū qui manipulos col
liget. Et nō dixerunt qui preteri
bāt bñdictio dñi super vos: bñdi
ximꝰ vobis in noīe dñi. ps.cxxix.

De profundis clamaui ad te
dñe: dñe exaudi vocē meam
fiant aures tue intendentes in
vocē deprecationis mee. Si iniq̄
tates obseruaueris dñe: dñe quis
sustinebit. Quia apđ te propitia
tio est: ꝛ propter legē tuā sustinui
te dñe. Sustinuit aīa mea in ver=
bo eius: sperauit aīa mea in dño.
A custodia matutina vsq̄ ad no=
ctē speret israel in domino Quia
apud dominū misericordia et co=
piosa apud eū redemptio. Et ipe
redimet israel: ex omnibus iniqui
tatibus eius. ℣ Psalmus. cxxx.

Domine non est exaltatū cor
meū: neq̄ elati sūt oculi mei

Neq; ambulaui in magnis: neq; in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam sed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea. Speret isrl el in domino: ex hoc nunc et vsq; in seculum. Psalmus. cxxxj.

Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius Sicut iurauit domino: votum vouit deo iacob. Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei. Si dedero somnum oculis meis: et palpebris meis dormitationem. Et requiem temporib9 meis donec inueniam locum domino: tabernaculum deo iacob. Ecce audiuimus eam in effrata: inuenimus eam in campis silue. Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Surge domine in requiē tuā: tu et archa sanctificationis tue. Sacerdotes tui induantur iustitiā: et sancti tui exultent.

Propter dauid seruum tuum. nō auertas faciē christi tui. Iurauit dominus dauid veritatem et non frustrabitur eū: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Si custodierint filij tui testamentum meum et testimonia mea: hec que docebo eos. Et filij eorum vsq; in seculum: sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit dominus syon: elegit eam in habitationem sibi. Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Viduā eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salutari: et sancti eius exultatione exultabunt. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

Psalmus. cxxxij.

Ecce q̄ bonum et q̄ iocundū habitare fratres in vnum. Sicut vnguētum in capite: quod descendit in barbam barbam aa-

ron. Quod descendit in oram ve
stimenti eius: sicut ros hermon
q̄ descendit in montē syon. Quo
niam illic mandauit dominus be
nedictionem: et vitam vsq; in se-
culum. Psalmus. cxxxiij.
Ecce nunc benedicite domi-
num omnes serui dñi. Qui
statis in domo domini: in atrijs
domus dei nostri. In noctibus
extollite man⁹ vestras in sancta:
et benedicite dominum. Benedi
cat te dominus ex syon: qui fecit
celum et terram. p̄s. cxxxiiij.
Laudate nomen domini: lau-
date serui dominū. Qui sta
tis in domo dñi: in atrijs domus
dei nostri. Laudate dominū q̄a
bonus dñs: psallite nomini eius:
quoniā suaue est. Quoniā iacob
elegit sibi dñs: israel in possessio-
nē sibi. Quia ego cognoui quod
magnus est dominus: et deus no
ster pre oībus dijs. Omnia que-
cunq; voluit domin⁹ fecit in celo
et in terra: in mari et in omnibus
abyssis. Educēs nubes ab extre

mo terre: fulgura in pluuiã fecit.
Qui produxit ventos de thesauris suis qui percussit primogenita egypti: ab homine vsq; ad pecus. Et misit signa et prodigia in medio tui egypte: in pharaonem et in omnes seruos eius. Qui percussit gentes multas: et occidit reges fortes. Seon regem amorreorum: et og regem basan: et omnia regna chanaan. Et dedit terram eorum hereditatem: hereditatem israel populo suo. Domine nomen tuum in eternum: domine memoriale tuum in generatione et generationem. Quia iudicabit dominus populum suũ et in seruis suis deprecabitur. Simulachra gentium argentũ et aurum: opera manuũ hominũ. Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbunt. Aures habent et non audient: neq; enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciũt ea: et omnes qui cõfidunt in eis. Domus israel benedicite domino: domus

aaron benedicite domino. Do-
mus leui benedicite domino: qui
timetis dominū benedicite dño.
Benedictus dominus ex syon: q̄
habitat in hierusalem. ps. cxxxv.
Confitemini domino quoni-
am bonus: quoniam in eter-
num misericordia eius. Confite
mini deo deorum: quoniā. Con-
fitemini dño dominorū: quoniā.
Qui facit mirabilia magna solꝰ:
quoniā. Qui fecit celos in intel-
lectu quoniā Qui firmauit terrā
super aquas: qm̄. Qui fecit lumi
naria magna: quoniā. Solē in po
testatem diei. quoniā. Lunam et
stellas in potestatem noctis: quo
niam. Qui percussit egyptū cum
primogenitis eorū: quoniā. Qui
eduxit israel de medio eorū: quo-
niam. In manu potenti et in bra
chio excelso: quoniā. Qui diuisit
mare rubrū in diuisiones: quoniā.
Et eduxit israel per mediū eius:
quoniā. Et excussit pharaonē et
virtutē eius in mari rubro: quo-
niam. Qui trāsduxit populū suū

per desertū: quoniā. Qui percus
sit reges magnos: quoniā. Et oc
cidit reges fortes: quoniā. Seon
regē amorreorū: quoniā. Et og
regē basan: quoniā. Et dedit ter
ram eorū hereditatē: quoniā. He
reditatē israel seruo suo: quoniā.
Quia in hūilitate nostra memor
fuit nr̄i: quoniā. Et redemit nos
ab inimicis nostris qm̄. Qui dat
escā omni carni: quoniā. Cōfite
mini deo celi: quoniā. Cōfitemi
ni dño dñorū: quoniā in seculum
misericordia eius. ps. cxxxvi.

SUper flumina babylonis il
lic sedimus et fleuimus dum
recordaremur tui syon. In salici
bus in medio eius: suspendimus
organa nostra. Quia illic inter
rogauerūt nos qui captiuos du
xerunt nos: verba cātionum. Et
qui abduxerunt nos: hymnū can
tate nobis de canticis syō. Quo
modo cantabimus canticum do
mini: in terra aliena. Si oblitus
fuero tui hierusalem; obliuioni
detur dextera mea. Adhereat

lingua mea fauibus meis: si non meminero tui. Si non proposuero tui hierusalem: in principio letitie mee. Memor esto dñe filiorũ edom: in die hierusalem. Qui dicunt exinanite: exinanite vsq; ad fundamentũ in ea. Filia babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuã quam retribuisti nobis. Beatꝰ qui tenebit: et allidet paruulos suos ad petram.

Psalmus. cxxxvij.

Confitebor tibi domine in toto corde meo quoniam audisti verba oris mei. In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum: et cõfitebor nomini tuo. Super misericordia tua z veritate tua: quoniam magnificasti super oñe nomen sanctum tuum. In quacunq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem. Confiteantur tibi domine omnes reges terre quia audierunt oñia verba oris tui. Et cantent in vijs domini: quoniam ma

gna eſt gloria domini. Quoniaz excelſus dominus et humilia reſpicit: et alta a longe cognoſcit. Si ambulauero in medio tribulationiz viuificabis me: et ſuper iram inimicoꝝ meoꝝ extendiſti manū tuam: et ſaluū me fecit dextera tua. Domin⁹ retribuet pro me domine miſericordia tua in ſeculum opera manuū tuarum ne deſpicias. Pſalm⁹. cxxxviij.

Domine probaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meam et reſurrectionem meam. Intelleziſti cogitationes meas de longe: ſemitam meam et funiculum meuz inueſtigaſti. Et omnes vias meas prouidiſti: qa nō eſt ſermo in lingua mea. Ecce domine tu cognouiſti omnia nouiſſima z antiqua: tu formaſti me et poſuiſti ſuper me manum tuā. Mirabilis facta eſt ſciētia tua ex me: confortata eſt et non potero ad eam. Quo ibo a ſpiritu tuo et quo a facie tua fugiam. Si aſcendero in celum tu illic es: ſi deſcen

dero in infernum ades. Si sumpsero pennas meas diluculo: et habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre conculcabũt me: et nox illuminatio mea in deliciis meis. Quia tenebre nõ obscurabuntur a te et nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita et lumen eius. Quia tu possedisti renes meos suscepisti me de vtero matris mee. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua: et anima mea cognoscet nimis. Non est occultatum os meum a te: quod feciſti in occulto: et substãtia mea in inferioribus terre. Imperfectum meum viderunt oculi tui: et in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur et nemo in eis. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur: exurrexi

et adhuc sum tecum. Si occideris deus peccatores: viri sanguinum declinate a me. Quia dicitis in cogitatione: accipiāt in vanitate ciuitates suas. Nonne qui oderunt te domine oderam: et super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam illos: inimici facti sūt mihi. Proba me deus et scito cor meū: interroga me et cognosce semitas meas. Et vide si via iniqtatis in me est: et deduc me in via eterna. ps. cxxxix.

Eripe me dñe ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerūt iniquitates in corde: tota die constituebant prelia. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum. Custodi me domine de manu peccatoris: et ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerūt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueū: iuxta iter scandalū posuerūt mihi. Dixi dño deus

meus es tu: exaudi domine voce deprecationis mee. Domine domine virtus salutis mee: obumbrasti super caput meū in die belli. Non tradas me domine a desiderio meo peccatori: cogitauerunt cōtra me ne derelinquas me ne forte exaltētur. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos. Cadent super eos carbones: in ignem deijcies eos in miserijs non subsistent Vir linguosus non dirigetur in terra: virū iniustum male capient in interitu. Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis: et vindictā pauperū. Verūtamen iusti confitebūtur nomini tuo: et habitabunt recti cū vultu tuo. ps. cxl.

Domine clamaui ad te exaudi me intēde voci mee cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearū sacrificium vespertinū. Pone domine custodiā ori meo: et ostium circumstantie labijs meis. Non

declines cor meum in verba malitie: ad excusandas excusatiões in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatem: et non cõmunicabo cum electis eorum. Corripiet me iust9 in misericordia et increpabit me: oleum autẽ peccatoris non impinguet caput meum. Quoniã adhuc et oratio mea in beneplacitis eorũ: absorpti sunt iuncti petre iudices eorũ Audient verba mea quoniã potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terrã. Dissipata sũt ossa nostra secus infernũ: quia ad te dñe dñe oculi mei: in te speraui non auferas animam meam. Custodi me a laqueo quẽ statuerunt mihi: et a scandalis operantium iniquitatem. Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeã. Ps. cxli.

Voce mea ad dominũ clamaui: voce mea ad dominũ deprecatus sum. Effundo in cõspectu eius orationẽ meam: et tribulationem meam ante ipsum pro-

nuncio. In deficiendo ex me spiritum meū: et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabam: absconderunt laqueū mihi. Considerabam ad dexteram et videbā: et non erat qui cognosceret me. Perijt fuga a me: et nō est qui requirat animam meam. Clamaui ad te domine: dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuentium. Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentibus me: qa confortati sunt super me. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectāt iusti donec retribuas mihi. Psalmus. cxlij.

Domine exaudi orationē meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quia persecutus est inimicus animam meam humiliauit in terra vitam me-

am. Collocauit me in obscuris
sicut mortuos seculi: et anxiatus
est super me spiritus meus: in me
turbatum est cor meum. Memor
fui dierum antiquorum medita-
tus sum in omnibus operibus tu
is in factis manuum tuarum me
ditabar. Expandi manus meas
ad te anima mea; sicut terra sine
aqua tibi. Velociter exaudi me
dñe: defecit spiritus meus. Non
auertas faciem tuam a me: et simi
lis ero descendentibus in lacum
Auditam fac mihi mane miseri-
cordiam tuam: quia in te speraui
Notam fac mihi viam in qua am
bulem: quia ad te leuaui animam
meā. Eripe me de inimicis meis
dñe: ad te confugi doce me facere
voluntatē tuam: quia deus meus
es tu. Spiritus tuus bonꝰ dedu
cet me in terram rectam: propter
nomen tuum dñe viuificabis me:
in equitate tua. Educes de tribu
latione animā meā: et in misericor
dia tua dispdes omnes inimicos
meos. Et perdes oēs q̄ tribulāt

animā meam: quoniam ego ser-
uus tuus sum. Psalmus. cxliij.
Benedictus dominus deus
meus qui docet manus me-
as ad prelium: et digitos meos ad
bellum. Misericordia mea z refu
gium meū: suscep tor meus et libe
rator meus. Protector meus et
in ipso speraui: qui subdit popu-
lum meuz sub me. Domine quid
est homo quia innotuisti ei: aut fi
lius hominis quia reputas eum.
Homo vanitati similis factus est
dies eius sicut vmbra pretereunt
Domine inclina celos tuos z de
scende: tange montes et fumiga-
bunt. Fulgura chorusca tionem
et dissipabis eos: emitte sagittas
tuas et cōturbabis eos. Emitte
manū tuā de alto eripe me et libe
ra de aquis multis: et de manu fi
liorum alienorū Quorum os lo-
cutum est vanitatem: et dextera
eorum dextera iniquitatis. De-
us canticum nouum cantabo ti-
bi: in psalterio decacordo psallaz
tibi. Qui das salutem regibus:

qui redemisti dauid seruum tu-
um: de gladio maligno eripe me.
Et t erue me de manu filiorū alie-
norum quorum os locutū est va-
nitatem: et dextera eorum dexte-
ra iniquitatis. Quorum filij si-
cut nouelle plantationes a iuuen
tute sua. Anguli eorum composite
circumornate vt similitudo tem-
pli. Promptuaria eorum plena:
eructantia ex hoc in illud. Oues
eorum fetose abundātes in egres
sibus suis: boues eorum crasse.
Non est ruina macerie: neq; trā-
situs neq; clamor in plateis eorū
Beatum dixerunt populum cui
hec sunt: beatus populus cuius
dñs deus eius. Psalmus. cxliij.
Exaltabo te deus meus rex
et benedicam nomini tuo in
seculum: et in seculum seculi. Per
singulos dies benedicam tibi:
et laudabo nomen tuum in secu-
lum: et in seculum seculi. Magn9
dominus et laudabilis nimis: et
magnitudinis eius non est finis.
Generatio et generatio lauda-

bit opera tua: et potentiam tuam pronunciabunt. Magnificentiam glorie sanctitatis tue loquentur: et mirabilia tua narrabunt. Et virtutem terribilium tuorum dicent et magnitudinem tuam narrabunt. Memoriã abundãtie suauitatis tue eructabunt: et iustitia tua exultabunt. Miserator et misericors dominus: patiens & multum misericors. Suauis dominus vniuersis: et miserationes eius super omnia opera eius. Confiteantur tibi domine omnia opera tua: et sancti tui benedicant tibi. Gloriã regni tui dicent: et potentiam tuam loquentur. Vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam: et gloriam magnificentie regni tui. Regnũ tuum regnũ omnium seculorum: et dominatio tua in omni generatione et generationẽ. Fidelis dominꝰ in omnibꝰ verbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis. Alleuat dominus omnes qui corruunt: et erigit omnes elisos. Oculi omnium

in te sperant domine: et tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manū tuam et imples omne animal benedictione. Iustus dominꝰ in omnibus vijs suis: et sanctus in omnibus operibus suis. Prope est dñs omnibꝰ inuocātibus eum: omnibus inuocantibus eū in veritate. Voluntatem timentiū se faciet et deprecationē eorū exaudiet: et saluos faciet eos. Custodit dñs oēs diligētes se: et oēs pctōres disperdet Laudationē dñi loqtur os meū: et bñdicat ois caro nomi sctō eius in seculū et in seculū seculi. ps. cxlv.

LAuda anima mea dominum laudabo dominū in vita mea psallā deo meo qꝺ diu fuero. Nolite confidere in principibus in filijs hominum in quibus nō est salus. Exibit spiritus eius et reuertetur in terrā suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes eiꝰ in dño deo ipsius qui fecit celum et terram:

mare: et omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculum facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus. Dominꝰ soluit compeditos: dominus illuminat cecos. Dominus erigit elisos: dominꝰ diligit iustos. Dominus custodit aduenas pupillum et viduam suscipiet: et vias peccatorum disperdet Regnabit dominus in secula deus tuus syon: in generatione et generationem. Psalmus. cxlvj.

LAudate dominum quoniam bonus est psalmus: deo nostro sit iocunda decorazꝫ laudatio. Edificans hierusalē dominꝰ dispersiones israelis congregabit. Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum. Qui numerat multitudinem stellarum et omnibꝰ eis nomia vocans Magnus dominus noster et magna virtus eius: et sapientie eius non est numerus. Suscipiens mansuetos dñs: humilians aũ peccatores vsꝫad terrā Precinite dño in

confessione: psallite deo nostro in cythara. Qui operit celum nubi bus: & parat terre pluuiam. Qui producit in montibus fenum: et herbaz seruituti hominum. Qui dat tumentis escam ipsoz̄: et pul lis cozuoz̄ inuocantibus eum Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibijs viri beneplacitum erit ei. Beneplacitū est domino super timentes eum: et in eis qui sperant super miseri cordia eius. Psalmus. cxlvij.
Lauda hierusalem dominum lauda deum tuū syon. Quoniam cōfortauit seras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumēti saciat te. Qui emittit eloquium suum terre velociter currit sermo eius. Qui dat niuez sicut lanam: nebulam sicut cinerē spargit. Mittit cristallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit Emittet verbum suum & liquefaciet ea: flabit spiritus eius: et fluent aque.

Qui annunciat verbum suum iacob: iustitias et iudicia sua israel. Non fecit taliter omni nationi: et iudicia sua non manifestauit eis. Psalmus. cxlviij.

Laudate dominum de celis: laudate eũ in excelsis Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stelle ⁊ lumẽ. Laudate eum celi celorũ: et aque omnes que super celos sunt laudent nomen domini. Quia ipe dixit et facta sunt: ipse mandauit ⁊ creata sunt. Statuit ea in eternũ et in seculum seculi: preceptum posuit et nõ preteribit. Laudate dominũ de terra: dracones ⁊ omnes abyssi. Ignis grando nix glacies spiritus procellarum que faciũt verbum eius. Montes et omnes colles: ligna fructifera et omnes cedri. Bestie ⁊ vniuersa pecora: serpentees et volucres pennate. Reges terre ⁊ omnes populi: principes et omnes iudices terre. Iu-

uenes et virgines senes cum iu-
nioribus laudent nomen domini
quia exaltatum est nomen eius so
lius. Q Confessio eius super celum
